Quelle: https://manuscripta.at/?ID=896
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Azo Nyso

et sedo Nyso Item post festum penthecostes rex Vngarie et
legatus apostolice sedis Wiennam conveniunt ad ducem alber
tum inter se de negotiis secretis tractatum Item anno M° CCC° 50 et Iubi
lei tempore concilium padue celebrabatur ubi decanus
tunc Chremsis multas prerogativas contra religiosos Chremse
habitantes dixit se obtinuisse quas tamen numquam fuit ausus
deducere in publicum Sequenti anno M° CCC° 51 facta est
magna altercatio inter dominos de Rosenberck et de Noua
domo in tantum quod tota austria fere devastata fuit ab
hiis qui se preparabant ad pugnam contra bohemos Tandem
dominus Henricus de Noua domo ab australibus capitur
et in potenstain in vinculatur Sed pro duabus milibus
sexagenis liber dimittitur

Anno M° CCC° 52 circa festum penthecostes in cole
de Sweinz circa Sweuiam alias Swemam duci
alberto una cum Zurck in Sueuia suos invadentes
et multis contumeliis sine causa afficientes alios detracta
bant alios captabant Quapropter indignatus rex dux in
fremuit exactionem de bonis omnium religiosorum exegit de
quibus laneo unum florenum de area medium conductis stipen
diariis C milibus hominum ascendit stipatus ex quibus
plurimi succubuerunt Interea uxor eius Iohanna acer
bissima morte preuenta est ad cuius exequium dolens properat
et sepulta est in gemmit

Iohanna

Karolus rex

Anno M° CCC° 53 Karolus rex bohemie qui se
pro cesare gerebat eo quod clenodia imperialia tene